



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 16. Tertia Classis Patrum circa hanc quæstionem opinantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„me posse jurejurando affirmari, quod Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
„pariter Divus Augustinus huic sen-
„tentix adhæreat. „

Ceterum Andreas Mocenigus, quem
Pallavicinus Nimosensem Episcopum
appellat, suam mentem his verbis pro-
mebat: „certum est, quod Sacrificium
„cœnæ, prout etiam cuncta reliqua
„Christi opera nobis deserviant ad pro-
„pitiationem, & gratiam: aſt a Christo
„nonniſi per Crucem & Paſſionem ſuam
„noſtrarum noxarum remiſſionem obti-
„nemus, ibi enim victoria integra eſt re-
„portata; quapropter ſi illo tempore,
„quod ultimæ Chriſti cœnæ cum Apo-
„ſtolis ſuis factæ, & mortis ſuæ ſacri-
„ficio intercedit, aliquis ex Apoſtolis
„obiſſet, nondum liberum in cœlo adi-
„tum nactus eſſet, cum illi necdum fuiſ-
„ſent aperti. „ Eadem opinio tanquam
certa habebatur a Didaco de Leon Au-
guſtiniano, Epifcopo Conimbriceniſi.

§. XVI.

*Tertia classis Patrum circa hanc quæ-
ſtionem opinantium.*

Insuper tertiæ classis Prælati cenſebant, Pallav. cap.
3. 20.
quod in doctrinæ decreto, Chriſtum
Dominum ſe quidem Patri in ultima
Cœna obtuliſſe, aſſereretur, ſed minime
diceretur, quam ratione id peractum
fuerit; cum enim id in quæſtione verſa-
retur,

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

retur, nec ullum evidens Scripturæ læ cræ testimonium urgeret, ideo Canonem aut Decretum de eo conficiendum non esse asserebant, nisi prius res saltem a Theologis solerti, ac debita opera fuisset expensa: porro hujusmodi consilia erant Naclantes, ac Dracovizius, & complures ex illis, qui secundæ classis Doctoribus adstipulabantur, ac postea huic assensere opinioni.

§. XVII.

Quarta classis.

Sarp. p. 540. Denique quarta classis illos complectebatur Patres, qui utramque dissidentium partem quodam moderate, ac via media conciliare nitebantur, cum autem singuli in suo sensu abundarent, ac studiosi essent, ut cujusvis medium a se propositum ceteris prevaleret, hinc inter eos dissensio oriebatur, ac ferme omnes primæ adhaeserunt sententiæ, quinimo plures, qui antea huic opinioni vehementer oblitari videbantur, nunc victas dabant manus.

§. XVIII.

Aliorum capitum examen circa Sacrificium.

Pall. c. 2. v. 13 Postmodum Patres ad alios articulos ibidem discutiendos procedebant, ac